UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cl. Viri Valerii Andreæ Desselii In Academia Lovaniensi Professoris Regii Erotemata Juris Canonici

Andreas, Valerius

Coloniae, 1697

XVIII. De Locato & conducto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62934

Visual Library

empti‍onis in ſe ſuſcepiſſe.

l. 27. C. eod.

Emptio venditio perfecta an alteri… vita reſcindi aliquo caſu poterit?

l. 2. C. de reſcind. vend.

Poterit; utique ob læſionem … dimidium juſti pretii, ſi vel vend… vel emptor (nam & in illo benefic… legis locum obtinere, habet verior … tia) decepti ultra dimidium juſti … tii, & eſt juſto pretio ſupplere: na… ſupplere velit, emptio non reſcindit…

c. 3. & 6. h. t.

De locato & conducto.

TIT. XVIII.

Locatio, conductio quando contrahi… ac perficitur?

SImulatque inter locatorem & co… ductorem de mercede vel penſi… pro re locata nimirum pro uſu al… jus rei vel opera hominis, ſolven… convenerit.

Perfecto contractu ad quid tenetur locator?

Tenetur cõductori præſtare rẽ loca… tam …

tam, ut ea utatur fruatur ad tempus conventum: ad quod etiam cogi poteſt, nec ante tempus conductionis finitum regulariter expellere conductorem conceditur.

Cur dicis regulariter?

Quia certis caſibus permittitur locatori cogere conductorem, ut ante tempus conventum emigret ex prædio conducto. I. Si neceſſitas id expoſcat, quæ tempore locationis non imminebat, & vel neceſſariò reficienda ſit domus, vel ipſe locator eam inhabitare velit. II. Si conductor in re conducta perverſè agat. III. Si canonem ſeu mercedem per biennium non ſolverit. *c pen. §. verũ h. t. & l. Aed. 3. C. eod.*

Ad quid tenetur conductor?

Tenetur locatori mercedem conventam ſolvere ſtatis temporibus, & ſi per biennium ceſſet, poteſt ex prædio conducto expelli, etiamſi cum locatore pactus eſſet, ne expelleretur; quia tale pactum intelligi debet, modò penſionem ſtatis temporibus ſolverit. *l Quære 54 §. inter D. h. t.*

Eſtne facienda conductori remiſſio mercedis ob ſterilitatem?

Tunc remiſſio ea rectè petitur & fit, ſi

abſq; conductoris culpa ſterilitas a-
ciderit, & cum ubertate præceden-
vel ſubſequentis anni compenſari n-
valeat. Veluti vel tempeſtate, vel
aliquâ, vel incurſu hoſtium ſeg-
vehementer corruptæ fuerint.

d c. pen. in prin. h. t.

Cur aliter conſtitutum in emphyteuſi pensio non remittatur, licet ſterilitas acciderit ſine culpa emphyteutæ?

Quia in emphyteuſi non ſolv-
penſio ſive canon in compenſation-
fructuum, qui ex re emphyteutica p-
cipiuntur; cùm fruct' rei emphyte-
cæ plerumque infinitis partibus ca-
nem ſuperent; ſed canonem ſolvit e-
phyteuta in re cognitionem domi-
ut ſcil, eum, cui ſolvit, recognoſcat
ſe directum dominum rei emphyt-
ticæ. At verò cõductor mercedem ſo-
vit in compenſationem fructuum
quos ex fundo percepit, & ad qu-
propterea etiam moderanda eſt pen-

Quid eſt Emphyteuſis?

Eſt contractus in ſcriptis celebr-
ſolitus, quo prædium aliquod alic-
fruendum traditur, vel in perpetuu-
vel in longiſſimum ſeu longum te-
pus, ſub onere annuæ penſionis.

Quid

Quomodo finitur vel amittitur Emphyteuſis?

Si Emphyteuta non ſolvat canonem, vel per biennium jure Pontificio; niſi celeri ſatisfactione ſibi providerit, & purgaverit moram: vel per triennium jure civili. Excidit quoq; emphyteuta jure ſuo, ſi emponemata ſeu meliorationes (id eſt prædium emphyteuticum, quod jam ſuâ culturâ fæcundius & melius reddidit) & jus ſibi competens alteri vendiderit, nullâ denuntiatione factâ domino directo, vel facta quidem, ſed non expectato duorum menſium ſpatio, intra quod dominus ſecum deliberet, num oblato pretio velit emphyteuſim recipere ad ſe.

d.c.pen. & c.ult. h.t.l.2.C. de jure emphyt.

d.c.pen. & l.3.C. d.t.

De rerum permutatione.

TIT. XIX.

Contractibus innominatis accenſetur Permutatio; quæ licet proprium nomen habere videatur, non eſt tamen illud nomev proprium contractus, quod certum contractus ſpeciem & naturam ſignificet, ut eſt Emtio, Locatio &c.